

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94445-p0001-5

DFG

1. Psalms. 2. Psalms. 3. Psalms.

4. Psalms. 5. Psalms. 6. Psalms.

7. Psalms. 8. Psalms. 9. Psalms.

10. Psalms. 11. Psalms. 12. Psalms.

13. Psalms. 14. Psalms. 15. Psalms.

16. Psalms. 17. Psalms. 18. Psalms.

19. Psalms. 20. Psalms. 21. Psalms.

22. Psalms. 23. Psalms. 24. Psalms.

25. Psalms. 26. Psalms. 27. Psalms.

28. Psalms. 29. Psalms. 30. Psalms.

31. Psalms. 32. Psalms. 33. Psalms.

34. Psalms. 35. Psalms. 36. Psalms.

37. Psalms. 38. Psalms. 39. Psalms.

40. Psalms. 41. Psalms. 42. Psalms.

43. Psalms. 44. Psalms. 45. Psalms.

46. Psalms. 47. Psalms. 48. Psalms.

49. Psalms. 50. Psalms. 51. Psalms.

52. Psalms. 53. Psalms. 54. Psalms.

55. Psalms. 56. Psalms. 57. Psalms.

58. Psalms. 59. Psalms. 60. Psalms.

61. Psalms. 62. Psalms. 63. Psalms.

64. Psalms. 65. Psalms. 66. Psalms.

67. Psalms. 68. Psalms. 69. Psalms.

70. Psalms. 71. Psalms. 72. Psalms.

73. Psalms. 74. Psalms. 75. Psalms.

76. Psalms. 77. Psalms. 78. Psalms.

79. Psalms. 80. Psalms. 81. Psalms.

82. Psalms. 83. Psalms. 84. Psalms.

85. Psalms. 86. Psalms. 87. Psalms.

88. Psalms. 89. Psalms. 90. Psalms.

91. Psalms. 92. Psalms. 93. Psalms.

94. Psalms. 95. Psalms. 96. Psalms.

97. Psalms. 98. Psalms. 99. Psalms.

100. Psalms.

6

Συνάθεσμόν

SACRUM
ANNIVERSA-
RIUM,
*FUNDATIONIS ET INITIATIONIS
SCHOLÆ INCLITÆ*
QVÆ EST
*IN LIB. IMPERIAL. REPUBLICA
MOLHVSINA.*

ANNO
M. I. C. XXVII.
CELEBRATUM
à
M. GEORG. ANDREA FABRICIO,
POETA L. CÆS. RECT. ET
GYMNASIARCHA.

MOLHUSII,
Typis excusum per JOANNEM STANGIUM.

L. B. S.

Σωθεω

Sexto Kalendas Junias h. e. XXVII. die Maji
SCHOLA NOSTRA MOLHUSINA
Natalem suum celebrat,

Quippe

An. Christi 1678. à Magistratu, jacto primo lapide,
fundata:

An. Christi 1580. à Magistris & juventute inita,
initiata:

Eo ipso die, quo

An. Mundi 1657. Noah jussus ex Arca egredi, Deo
sacrificavit

σωτηρια.

Itaque, instituto veterum,

ANNIVERSARIAM FUNDATIONIS, INITIATIONIS;
Sed & egressus illius memoriam

repetemus,

Ex Arca nostra, quæ Schola est, tres Noæ filios

IAPHETH, SEM, CHAM

Cum uxoribus

eduaturi,

Vota Deo pro re & publica & Scholastica serio
immolaturi.

At quia festivitas in diem Dominicum nuper
incidebat:

Ne quæ cultui divino impedimentum fieret,

Pridie Kalendas Junij h. e. XXXI. Maji,

Post horam septimam matutinam,

In

In Auditorio novo

ACTUM HUNC PUBLICUM INSTITUERE PLACUIT.

ISTA Igitur CARMINE EPICO MAJORI

primum peraget

M. GEORG. ANDREAS FABRICIUS,

POET A L. CÆS. GYMNASIARCHA.

Deinde verò ut solemnitas major sit,

IN CATHEDRAM COLLOCABUNTUR

Quinque è discipulis Gymnasij,

MAXIMA CHRISTI BENEFICIA

ORATIUNCULIS ALIQVOT

celebraturi:

I. Johannes Schildknecht Herbslebensis Passionem
& mortem CHRISTI Servatoris ignominiosissimam prosâ oratione exponet & ponderabit.

II. Sebastianus Trautman Molhusinus ad imitationem orationis pro M. Marcello glotiosissimam CHRISTI & resurrectionem, & ad cœlum adscensionem deprædicabit.

III. Johannes Kampf Saltzensis hostibus CHRISTI devictis carmine Epico illudere conabitur.

IV. Jacobus Lembfen Verdensis parodiâ Horatianâ,
ad Libri I. Carm. Od. II. CHRISTO victori
Inviciv canet.

V. Johannes Mylius Northusanus parodiâ item Horatianâ, ad Libri IV. Carm. Od. XII. CHRISTO Servatori pro summis beneficijs gratias ager.

Sed quis PATRONOS hunc invitabit ad actum?

Invitet PLEIAS, & nostri CURA Lycei.

P. P. III. Kalend. Jun. An. 1627.

S Y N Θ E Ω

K A I N Ω



Ryō, quod felix iterum divina Po-
testas
esse final, Ludo solitum instauramus
bonorem;
quem virtus animosa Patrum, stu-
diosa Lycei,
esse sacrum voluit, quo tempore taurus
in orbem
prosilit aurato cornu, jamq; agmine claro
prima byadum & Titanis eqvi se gurgite tollunt.

Hac est illa dies, quā se sulcator in orbe
primus, & undantis musti pater ille Noachus
ē latebris quondam & cæcæ compagibus arca,
indubio monitore D&O, penetravit in auras:
jamq; pedem siccis capit desigere terris.

Quā licuit revenire suos fidenter ad actus,
ad sedem, ad proprias qvævis animalia terras.

Quā pater omnipotens grande illud in aëre ponens
iridis arqvate curvamen, ab ethere fecit
testatum, appensoq; dedit promissa sigillo,

invisos

invisos hominum deinceps se nolle reatus
hoc tanto punire malo, neq; vindice dextrâ
omne genus pecudum cataclysmo auferre nocivo.
Quām sit Vesta diu pōst duratura per evum,
non cessaturam sementem, aut nobilitate messis
tempus: ad bybernum vice versâ frigus amoenos
esse seqvnturos soles, atq; imbriferum ver.
Solis ad obliquos flexus ventura per orbem
momenta, estivis bybernisq; ortibus apta,
mansurosq; dies & adempto sidere noctes.

QVINDECIES rota centenos dedit annua gyros
septenos decies atq; octo, à tempore partus
virginei, quando Maji lux ista revertens
attulit huic domui, quaeq; est contermina, felix
auspiciū, fecitq; novos heic surgere muros.

Hac & post geminos solis super axe labores,
postquam opus eductum est, grex se puerilis ad istud
congregat hospitium, docto praeunte Magistro;
ingenti plausu sonituq; & voce canorâ;
sedes antiquas & scannas & tecta relinqvens.

Nam quae non visa est satis apta habitatio Musis,
deserta est, Monachisq; olim quae claustra fuerunt
devota, atq; horti, qui circum claustra jacebant,
Nudipedum loca per vestigia deturpata,
hanc sunt ad faciem, quam nunc Schola publica refert,
eximo quondam fundamine ducta sub auras.

Has memori loquitur Scholares & nomina saxonum,
atque una ostentat memoranda insignia lucis,
nostrum etiam Ludi tricolorem fœderis arcum.

Gestijt hinc Patrum quondam venerabilis etas
hanc Ludo sacrare diem, celebrare Noachi
exitum, & hanc arcam, quam CHRISTI Ecclesia parvo
in catulatet, & magnum se exsertat in orbem:
Unde DEO surgit gens sacra atque augmina sumit
publicares, reparatque novum per secula vigorem.

Spectatum qui venistis solemnia Ludi,
quique hoc auditum, sensus mihi promite vestros.
Forsitan Omnipotens si nunc est sede beatam
ad nos hoc reduces demicat in ordine patres,
qui quondam hoc festum, quique haec solemnia Ludi
adfectu coluere pio, decedere quidquam
nec voluere illis: redivivus STARCKIUS adsit;
ad sit & HELMBOLDUS; GALLUS; non nomino cunctos:
hos tamen, hos merito: veniat redivivus in auras
ordo Rectorum, DONATUS, & inclitus ille
REGIUS, & celebris BECHERIUS, & arduasi qui
gestarunt quondam vobiscum nomina, Patres:
adveniant repetantque locum, quo festa quotannis
sunt celebrata ipsis, nostrum est regione Lyceum:
Quid vos dicturos, inquam, censetis in illa
si nullum inveniant, solito pro more, Cathedram,
qui celebret jacti quondam fundamina Ludi?

Dicite.

Dicite. Credo egypti simili sermone, vel isto
esse loquuturos: Et te Schola prisca reliquit
jam pietas? non ille datur, qui festa propaget
annua? qui celebret? Qvis nunc est Rector in illâ?
Quid facit? hanc forsitan tanta ipsi est gratia lingua?
non Musaeus amor? Cur se subducit & exest?
O domus antiqua! ô dilecta! ô prisca virorum
gloria! Non tanti potuit lux ista videri,
fausta dies Maji? quondam fundamina tecto
qua dedit, & quam Noa pater prodivit in auras,
atque favente polo terras repetivit inertes?
Non tanti potuit lux ista viderier, ut se
sisteret hac Cathedra, qui voce animaret honorata
istud epos veterumque sacras renovaret opellas?
Munde immunde vale. non heu vivamus, in ista
barbarie. repetamus jocosa caelestia regna!

Sic poterant illi. Neg, nos excusat honestum
quidquam, si justa tangant opprobria culpa.
Ast verò immeriti sumus, hac nec parte gravemur.
Quid si ergo innocuo sermone hac Musa reponat?
Non nos, ô Manes, solitos abolemus honores;
non animus jugulare diem solemniter actum.
Credite. nec Ludo qui presumus, buc sumus acti
vervecum è stabulis. & nos, puto, Phœbus amavit.
Erratum est: (si fas Manes errare beatos)
erratum est. non hac querendi in parte Lycei;

non

non isthac Cathedrā fuimus. felicibus acti
auspicij has in sedes migravimus, & jam
ritè-favente D E O, meliori in parte moramur.
Hanc Cathedram videatis, & bac quid fiat abunde,
non dubito Muse qvin vestrae in sede beatā
acclamature nobis: FELICITER: & nos
jam facere hoc dignum Ludo, solemnia festi
nec violare sacri, nec fundamenta Lycei.

Ergo pū Manes in sede qviescite vestrā,
& majore in parte bonos sperate nepotes.
NOS, AUDITORES, celebratum hic ivimus actum,
qvem prisca instituit qvondam reverentia Patrum.

Et quidni? meritò lux hæc solemnis babenda est,
si cui, fortè mihi (fas sit simulare cupressum,) cui
lux quæ seqvitur, quæ qvinta est ante Calendas,
egressum dedit ex alvo, fausto omine, matris,
ex arcâ velut, in lucem me duxit apertam.
Sed satis. Ista mihi jam sunt solemnia Ludi
concelebranda hodiè; nec enim mea pompa futura bæc.

ERGO sectari libet & vestigia rerum,
qvas pietas olim tribuit solemnibus actis.

EST SCHOLA nostra igitur stabiliti fæderis ARCA,
seu fortuna dedit, seu fatum hoc nobile nomen,
ominaq; ex jacto voluit fundamine nasci.

Ex bac prodivit turba ingens s&pè bonorum;

s&pè

s&pè maledictum etiam. Credo, Pater ille Noachus
vix tot brutorum paria è compagibus arce
eduxit, qvot nostrâ itidem latuere sub arcâ.
Heic s&pè innocuo vis& sunt ore columba;
nec tamen accipitrum turba abfuit omnis ab illâ.
Heic & ovis molli latitavit vellere simplex;
nec tamen hinc olidi prorsus vis abfuit hirci.
Sapiùs heic promsit s̄vaves Philomela canores;
nec tamen hinc streperi vis abfuit illa cuculi.
Sapiùs arquato cantavit gutture Cycnus;
nec tamen heic raucis reqvievit vocibus anser.
Heic & simioli, porci leporesq; fuerunt,
& vulpinantes, famosâ voce, sodales.
Cetera nec numero, nec fas comprehendere verbis.
Nuper ubi Cáthedram auspicio novus Augur adibam,,
plura etiam iussi ex arca procedere nostrâ.

Quid nunc? Qvod reliquū est, hoc educemus. At omne
fortassis pecudum genus eduxere priores.
Ergo qvod humani superest, Ego protinus istud
educam, sistamq; oculis, pia Nomina, vestris.
Nimirum Natos: J A P E T U M nomine clarum,,
& S E M U M pietate gravem, C H A M U M q; procacem:
& qvæ conjugij vinclo sociantur ijsdem.

C A N D I D A progenies Japeti, excelsa virorum,
gloria, Tu nostris, velut olim, ô annue cœptis!
Ast qvamvis baccæ non spirent vertice lauri,

B

nec

nec solitâ cerebri stipent virtute recessus:
atramen hac ipsâ, nec iniquâ, parte probemur.
Vénimus ex arcâ, scholicoq; è carcere Ludi,
atq; hinc ingenui pigmentum insigne coloris
perdidimus: contrâ nebulasq; situmq; caducum
traximus, & faciem non servat Musa priorem.

Tu verò Astripotens, summi Moderator & imi,
qvi bonus & bonitas, Majestas simplice trino,
triplice qviq; uno, TRINUNUS in æthere regnas.
Respice me, qviq; ipse dabus ea jura Noacho,
posset ut ingentem tenui complectier orbem,
arculâ, & in seros redivivum efferre nepotes:
qviq; dabus normam mensuramq; illius, imo
arcâ servabas, ex arcâ exire jubebas:
suffice, qvæsò, animi vires & dona, minutum
dicere epos, Noeq; patris memorare nepotes,
emulaq; egressus exponere nomina clari.

P R I S C A Poëtarum fingendo promptior atas
Deucalioneos celebravit carmine jactûs.
Qvando etenim magnum cataclysmo perdidit orbem
ira Deûm, durisq; animis exempla dedisset
excusi superûm juris: mundiq; theatro
nil super & toto non esset in orbe propages,
qvæ populos reparante satu producere posset:
Deucalion & Pyrrha, super qvæs unda reliquit,
felici auspicio Themidos, qvam supplice voto

bac

hec super orabant, magne jacere ossa parentis
post tergum iussi, monitis cœlestibus addunc
obsequia & lapides sua post vestigia mittunt.

Qui simul ut missi fuerant post terga, rigentem
ponere duritatem cœpere atque aspera saxi,
molliriq; morâ atq; hominum sibi sumere formas.

Quicq; viro missi, faciem traxere virorum;
& de fæmineo reparata est fæmina jactu.

Nuga! Non nebulas tolerant in luce serenâ
bistoria monumenta sacre: quanquam iste figuret,
quod profit typus & vero non absonet omni.

Nos meliore D E O superantes orbe parentes
credimus: unde satus post dimanavit in orbem
omnis, & in terris geniti qui huc usq; supersunt.

Quanquam etenim durum genus experiensq; laborum
nunc sumus, & documenta damus genitoris iniqui:
& quanquam DEUS ex lapidum nova pignora jactu
Thariada poterat gemino protrudere sexu:
non tamen hinc natum, cum res est seria nobis,
credimus humanum genus, aut mendacia veris
miscentes elementa homini decernimus isthac
saxa, nec creptos naturæ dicimus ructus
gignendiq; modum. Non jam generatio dempta est.
Non ita. Non lapides lapides, sed mollia molles
corpora fuderunt homines. Age nobilis ordo
ad sit & ad nostrum se nunc accommodet actum.

-mod 10

B 2

OCTO

Octo animæ fuerant, quas custodiverat arca: qui ad
Noa pater, conjux; numero tres insuper orti
ex illis fili, qvorum mox nomina ponam.
Uxores totidem. totus sic clauditur orbis.

JAPETUS primogenitus fuit ille Noachi:
Vir multâ probitate animisq; insignis & arte.
Huic Asiam dederat sedem pater ipse minorem,
Europamq; itidem nostram. nos illius omnes
sanguen & ossa sumus. Natus fuit inde Prometheus,
ille ignis cunctæq; artis super orbe repertor:
Primus qvi Ludos, primus qvi condidit urbes.
Qui Protoplasti retulit primordia secli:
qui Sophies jussit primeva resurgere regna,
igniculosq; olim cœlesti è sede profectos,
in melius docuit revocare, & prisca figuras
corda reassumptum divinas ivit, & Orbi
monstravit missas à vero Numine leges.
Moribus effinxit dura præcordia gentis:
Ipse etiam astriferi docuit mysteria cœli,
& docti secreta poli, variosq; rotatus
descripsit radio, vultumq; ad sidera ferre
condocuit, variasq; vias viresq; tueri.

Creditus hinc qvondam mixtam fluvialibus undis
materiem statuisse sibi, genus indeq; nostrum
finxisse, effigiem moderantum cuncta deorum:
pronaq; cum spectent animalia cetera terram,

os homi-

os homini sublime polo fecisse videndo,
jussisse erectos ad sidera tollere vultus.
Creditus hinc cœlum scandisse, atq; athere ab alto,
auxilio doctæ volitantis ad astra Minervæ,
admotæ ad currum ferulæ Titanis, in orbem
subtractum retulisse ignem, terrisq; profundis
donâsse ac cæco splendentia lumina mundo.
His igitur doctæ manarunt fontibus artes:
hinc patrona Themis patulas exivit in auras:
hinc etiam Medicæ vénit prudentia curæ.

J A P E T U M sequitur celebrem S E M filius alter,
cui Syriae atq; Asiae majoris cesserat orbis.
Hic verò insignis Doctor cœleste per orbem
dogma propagavit, templiq; & docta Lycéi
fundamenta S A L E M magnâ reparavit in urbe.
S E M N O M E N vocant Hebræi. nomen & ille
Meßiæ clarum, qvo nullum nomen in orbe
majus, qvod nomen super omne est nomen, & in qvo
aterne stant fulcra hominum præfixa salutis,
voce celebravit latumq; extendit in agmen.
Quaq; olim ipse prior de prisca acceperat orbe,
de patre primævo, de cultu & deniq; ritu,
illa refrenatis idolorum undiq; technis,
tradidit eximius divinâ voce Sacerdos.
Qvem qvondam Hebræi veteres statuere fuisse
MELCHISEDECH, Regem Mystamq; potentis Jovæ.

CHAM superest, proles CHAM non-bona patris
Ægypti & Libyæ princeps & Juppiter Hammon. (honesti.
Hic patris Nobæ vino somnoq; sepulti
vidit, derisit quod honestè dicere non est,
quodq; occultari natura verenda jubebat :
quodq; occultatum fratres melioribus ibant
mentibus, à Genitore pio pia vota ferentes.

Hoc Nimrod venit venator & ipsa Tyrannis :
hoc Assur, Judeq;-graves venere Philistim :
hoc Canaan durum genus, & Sodomea profecta
progenies, quodq; ipsum animis & corpore servum est.

FRATRIBUS histerne uxores, & talibus ipse
tales. ut caput est, sic pilleus ; olla, patella .
Est in equis patrum virtus, & matribus hædi
sunt similes. mala frux plerumq; à fruge maligna est.

Hos igitur Pater ille Noah produxit in auras
ex arcâ, jussitq; DEUS, DEUS ille virorem ,
servare, in multam sese diffundere gentem .

SED quorsum hac longis deduco ambagibus? ARCAM
nostratem spectare libet, tria nomina Patrum ,
SEM, JAPHET, CHAM: nempe hos nunc educere mēs est.
Quid dico, mens est? jam dudum eduximus illos,
nempe sub adventum, cūm, te Duce, Maxime JOVA,
hac mibi demandata fuit moderatio Ludi.
Heic ego vicinâ processi ductor ab arcâ,
atq; meos banc in lucem concedere jussi.

Quos

Qvos? natos dicam? qvāqva natura negavit,
jure tamen merito faciet pro nomine cura.
Sed qvales duxi? Fac sim pater ipse Noachus,
& dicam duxisse Japhet, Semumq; Chamumq;:
Aut vis ut verum non ficto schemate signem?
Dicam, me duxisse bonos, duxisse malignos.
Nec res mira tibi videatur, membra Lycéi
singula si spectes eventuqvè omnia lustres.

Fama est, eximium qvondam sub tecta Lycéi
Theologum venisse, ingens ubi sederat unā
agmen alumnorum, graviter quos orsus ad istum
dicitur appellasse modum: Vos clara virorum
pompa futurorum. Reverendi ex ordine Mystæ,
vos Cancellarii: Vos consultissima juris
lumina, vos Medici Doctores, vosq; Magistri,
vosq; Senatores & tu sanctissime Consul,
qvisqvis es, ante illos prior appellande, politi
vos Secretarii, vos Scribæ: & qvotqvot honesti
artifices, Sartorum & vos Sutoria plebes.
Vos Mercatores, & plebs promiscua vulgi.
Nec vos prætero Lictores, Teq; patratum
Carnificem, vos & scelerato nomine cunctos,
qui patriæ fordes & detrimenta futuri!

Hec, Auditores, si quis sermone resumat
inter nostrates, nisi me sententia fallit,
tanget in hoc cætu, vix ullo errore, virorum
plerosqvè, aut numero saltē potiore, futuros.

Namq;

Namqe ex hac arcâ veniunt, quos ordo reqvirit
quivisque sibi ; sibi quos Ecclesia postulat, & quos
publicares ; sibi quos privatus deligit ordo.

Nec tamen interea est sine pravo & peste Lyceum :
semper agris veluti cultis cum frugibus amplis
infelix lolium & steriles miscentur avene :
Sic Schola dat vitæ postes ; & criminè pestes.
Nec Schola sic patrat : verūm hinc quod cunque recedit
& scholicos odit cæcatâmente Magistros.

Quicquid id est, tamen est spes indubitata, Lycéo
prodisse, ex arcâ veluti, mandante Jēhovāh,
sit quorūm ingenium ductum è meliore metallo
unctius, & Japéti & qui sint semina Semi.
J A P E T O S, hoc est Sophiæ speramus alumnos,
qui deinceps sacris operentur in arte Camenis,
qui Sophiam adseruent, qui sperent ardua Juris
culmina, quique interfiant nova fama Medentes.
Japeti de gente sumus. non deseret ergo
prisca vel in vanum sese auferet inclita virtus.
Sic voveo ! Maneat toto Japetus in orbe !
pergat Japetis Respublica crescere nostra !
pergat Japetis nostrum florere Lyceum !
Hoc voveo atque itero devoto pectore votum :
pergat Japetis Respublica crescere nostra !
pergat Japetis doctum florere Lyceum !
non desit totum gens Japetina per orbem !

SE MOS

SE MOS desperem? non certè. ea cura Jēbovæ
summa, serenatum radiare per agmina verbum,
mysticag in cunctas descendere balsama gentes.
Omnia durabit constans per secula VERBUM,
nec poterit vis ulla sacros abolere Sionis
cultus, aut CHRISTI regnum cœlestē morari.

Ergo qvis dubitet, qvin SEMUM educere mystam
fas fuerit scholicâ faustis successibus arcâ?
Arbitror in numero, qvamvis breviore, repertos,
qui CHRISTI regnum stabilire, & maxima qvondam
explanare queant populo mysteria verbi,
grandiaque immensi depromere Numinis acta.
Sic voveo! maneat toto qvog, SEMUS in orbe!
vivat & in nostrâ SEMI ditione propago!
vivat & in templis SEMUS, nostroqvè Lycéo!
Sic voveo! atq; itero devoto pectore votum:
Floreat & vivat toto qvog, SEMUS in orbe!
vivat & in nostrâ SEMI ditione propago!
vivat & in templis SEMUS, nostroq; Lycéo!

Sed CHAMI suboles num fors educta? Profectò
qvām cuperem non hoc semen superesse, nec unquam
ex arcâ venisse meâ! Tamen, arbitror, ipsum
& superare & adhuc vitali vescier aurâ.
Quis namq; has filices queat extirpare, malamquè
barbariem lolij scholicos runcare per agros?
Sponte suâ veniunt. Forsan deprensis & hic est,

C

qui

qui preceptores ingrato scommate, Chami
verberet exemplo: qui matris ab ubere pastus
calce petat ledatq; ferox pia nomina mulus.
Sed voveo: CHAMUS toto malus exulet orbe!
exulet à nostrâ CHAMI ditione propago!
abst & à templis CHAMUS nostroq; Lycéo!
Sic voveo. atq; ipsum voto sic urgeo. votum:
convertatur! in orbe malus CHAM desinat esse!
Sit bonus. & partes tandem tueatur honestas!

EX ARCA superest UXORES ducere castas:
queis conservatur genus immortale Noachi:
hoc est, queis CHRISTI regnum stabilitur in orbe.
Sunt mibi ter sena præstanti corpore Nymphae,
quas & in bas sedes, CHRISTO duce & auspice CHRISTO,
eduxi. Has Natis Japeti & deniq; Semi
connubio jungam stabili propriasq; dicabo.
Si quas Chamus amet, poterit tum dignus haberis,
si bonus, & vero Nymphas sectetur amore.

PRIMA gerit dextrâ clavem, levâq; libellum,
verbâq; demonstrat: Nisi jacta fideliter artis
fundamenta sient, quicquid super ista deinceps
struxeris, hanc quicquam stabilitum, id corruet omne.
GRAMMATICEN dixerunt Patres: cui symbolon hoc est:
PERPOLIO LINGUAS. SUM JANUA, CLAVIS AD ARTES.

Functa huic est virgo, solitum cui CURA virorem
& NATURA facit. Cui dextera sustinet alas,
natura

natura effigiem, quae sese attollit in auras.
Læva librum tenet, & cura dat signa polite.
Nympba per antiquis divina POETICA dicta est.
Symbolon atqui istud magno conamine fundit:
RES FACIO. FACTAS ORNO. MULTA ADJUVOR ARTE.

Est alia, inq; alijs & prima & maxima DIVA,
cui libro nata est INVENTIO, sceptro & in aureo
JUDICIUM, caput insigni diademate fulget.
Quam LOGICE N dixer Patres. cui symbolon hoc est:
DISSERO. SUM RELIQVAS INTER REGINA SORORES.

Subjecta huic nympba est, cuius comprehendere nomen
vix licet heroi servato limite versus.
Pica loquax caput insedit, cum sapè loquacem
plus justo faciat: cuius quoq; symbolon exstat:
DISPUTO. SUM LOGICÆ NON ULTIMA FILIA DIVÆ.

Quintam vel fastus lingueq; potentia clarat:
aurea cui docto procedit ab ore catena:
ELOQUIU Mq; fluore gravi producit in actus:
ipsa manum profert, quā nempe est ACTIO clara,
nempè caduciferam. Prisci & declivior etas
RHETORICEN dicunt. & hoc est symbolon illi:
SERMONES ORNO. NON ME POMPOSIOR ULLA EST.

Huic subjecta, foro qvæ sese affamine blando
applicat, eloquioq; gravi fert jura clienti.
Differit & loquitur; sed & ornat, ut omnibus omne,
qvod persuadendo fas est, persuadeat ore.

Psittacus in summo consistit vertice, & idem
emula garritu depromit verbacanoro,
& vario quam verba serat depicta colore
edocet, alarum exemplo dicenda figurans.
Nympha mibi atq; alijs est ORATORIA dicta.
Symbolon hinc istud profert, & nomine signat:
DECLAMO. CAUSAS ORO. VARIA INSTRUOR ARTE.

Nobiliore satu natas superesse sorores
constat, & à SOPHID genetrice sub aëra ductas.
Divina est virgo, quam non formosior illa,
qua M E T A - sc - P H Y S I C E N vocat, atq; excelsior omni
Una super se cuncta ferens, citrag; gravantem (est.
corporis affectum molemque, extorris in altum
exit, & heic tenues lustrat sine corpore vitas.
A summo pendere docet, quod nempe sit unum,
quod verum sit, quodq; bonum; nempe illud & unum,
& verum atq; bonum. Tale ergo est symbolon illi:
ENS SPECULOR. TRANSCENDO IMI SUBSELLIA VULGI.

Hanc sequitur PHYSICE, divino semine nata,
qua rerum abstrusas jubet ipsa exquirere causas,
quaq; manu doctâ vastum complectitur orbem.
Edocet excelsi structuram atq; agmen olympi.
Nuncia Junonis varios induit colores
unde sit? unde satis vis herbescentibus? altum
fulmina cur feriant Rhodopen? cur carcere ventos
Æolus includat? cur perstrepant horrida grando?

cur

cur pluvia cadat imber aquæ? cur manè pruina
vitiferos urat colles? cur alta silentes
nix tegat Hercynie saltus? quæcausa, perennes
fonte quod è vitreo mittat P O P E R O D A fluores.
Hac genus & nostrum, quo non divinus ullum est,
estimat, unde homines dici mereamur & esse.
Symbolon hinc ipsi tale est, quod nomine prefert:
NATURAM INTUEOR. CORPUS MIHI SUBJACET OMNE.

Virgo nec informis, cuius fert lava tabellam,
quæ numeros numerat doctâq; examinat arte.
Pluribus hac adamata procis, & sidera tangit
vertice, sublimesq; movet super æthera gressus.
Doctus ARITHMETICEN vocat, cui symbolon hoc est:
EXPENDO NUMEROS. RATIONES COMPUTO QUASVIS.

Nec decimam fas sit cuiquam contemnere Musam,
quæ magnum expendit quodvis: quæ corpora doctis
lineat alveolis & pulchrâ circinat arte.
Mensurare potest almi discrimina campi,
& lites resecare graves, si quando colonis
colluvies tempesta rudeis contraxit agellos.
Symbolon hinc ipsi tale est, quod nomine prefert:
MENSURAS TRADO. CORPUS DIMETIOR OMNE.

MUSICA te memorem? citharam mibi trade, quod ore
non licet, instillabo tuâ de laude politis
auribus, & melicâ promam testudine voces.
Tu recreare soles grato pia pectora cantu.

C 3

Quid

Quid? Summo servire D E O, sacrâq; canoros
barmóniâ instaurare choros & psallere docta.
Fili Melpomenes te te dignantur amore;
dignaris tuq; ipsa tuis amplexibus ultrò.
Symbolon hinc, & sola tibi stat gloria cantu:

CANTO. ANIMOS VARIIS COMMULCEO LÆTA
(FIGURIS.

Virgo nec inferior speculo qvæ gaudet, & equis
observat radjs duplices in lumine flexus:
docta repercutsum jubar uni adfigere puncto,
& deflectentes in rectum ducere ocellos.
Symbolon hinc de se, nec vano famine, profert:
DIRIGO FULGENTES RADIOS. VISUMq; GUBERNO

Has, Auditores, bis seno ex ordine Nymphas
cernitis in nostro præsentes, ordine, Ludo,
nuper & eductas, fatis melioribus, arcâ.
Atqvi etiam reliqvas fas sit cognoscere Divas,
qvas introduxi; sed nondum in parjete fixi.
Fastidire locum visæ: qvòd lucis amantes
splendidioris opem exspectant à Numine Phœbi.
His pateant, qvæso, majori luce fenestrae,
Nympharumq; chorus, totumq; videbitur agmen.
Interea en numero. Nympha est, qvæ vertice tangit
sidera, & astriferi calleth mysteria cœli.
Ipsa globum studijq; sui fert symbolon istud:
ALTA PETO. COELIQ; VIAS ET SIDERA MÖSTRO.

Huic soror est, imi partes qvæ pensat orbis

& loca

Et loca terrarum diverso in climate signat.
Symbolon hinc ipsi tale est, imitamine pulchro:
IMAPETO. TERRASQ; VIIS COELESTIBUS AEQVO.

Quid memorem mores, doctas componere nymphas?
ETHICA quos prestat, virgo cultissima, vitam
qua regit atq; hominum normatos pensat actus.
Nempe beat quemcunq; virum, felicitat ampio
augmine fortunam, nummis Et fænore mactat.

O vos auspicijs nati melioribus omnes,
nomina qui nobis dextramq; fidemq; dedistis,
O, inquam, hanc omnes vero observetis amore,
jam melius docto florerent pectora cultu!

Ethica tu sola es, docto qua nomine dignos
nos facis, indoctos proscribis ab ordine nostro.
Laus ea sola tua est: sine te sunt omnia frustra.
Discitur incassum, quæcunq; ars discitur; artis
putet bonos, morum nisi sal bene condiat istam.
Testaris, testemq; tuum fac Symbolon esse: (TÆ.
PRÆSTO BONUM. QVEMVIS CIVIS SIC PRÆPARO VI-

Atqui huic juncta soror, patriæ quæ nobile munus
conciliat civem. cuius stat Symbolon istud:
PRÆSTO BONUM CIVEM. RES ME DUCE PUBLICA
CONSTAT.

Addita Et illa soror, cui cura domestica cultis
obstringit mentem rebus. cui Symbolon hoc est:
PRÆSTO DOMUM FAUSTAM. ME MATRE DOME-
STICA CONSTANT.
Ultima

Ultima virgo venit, magnis deamata Dynastis,
que quicquid mundo gestum denarrat ad unguem,,
per gentes, per secula hominum; proqu ordine rerum,,
quas mundi ille opifex jussit prostare theatro.
HISTORICEN dixere Patres. cui symbolon hoc est:
FACTAE GODENARRO, SERIEM QUE ET TEMPO-
(RARERUM!)

FELICES! O ter felices! nobilis ordo
Nymphaeum queis ritè favet, qui nomine dignas
hoc in amore tenent partes & amabile punctum.

Has olim ex arcâ duxit Pater ipse Noachus,
immò introduxit. Quin & Paradisus Adami
vidit & in latum jussit procedere mundum.
Nec tamen hinc videantur anus, quas tarda senectus
curvet & occiduas effœtis destinet annis.
Non ita. quò nostras declivior orbita Nymphas
deduxit per secula hominum, majoribus inde
invaluere animis, & pulchro ex ore juventa
fortior enituit. Mortali in virgine certè
forma bonum fragile est, quantumqu accedit ad annos,
sit minor, & spatijs fugitivi carpitur ævi.
At nostræ per secula suum traxere vigorem,:
& nunc est ætas & vis florentior illis.

Ex arcâ postquam venere, Ægyptus ab oris
Isacidum curâgu patrum, venerabile Nymphis
præbuit hospitium. Mox ipsas Gracia amavit

felici

felici auspicio, ciliuq; & munere grata
affecit, jussi què novà procedere pompa.
Hinc Latium cœpit de amare & fortibus ausis
traxit in occiduam per amoris vincla sedem.
Post Alpes superare etiam, nostratis amore
patriæ, in has sedes amplas Germanidos oræ
pergere cœperunt. Neq; nunc hinc longius absunt.
Immò nunc adsunt. Qvando Brunonia tellus
Marte fatigatas, & duro pondere pressas,
non certè extrusit; sed vix complectier ulnis
delassata malis potuit, vix porrigere victimum:
MOL HU SIU M venere suis è sedibus actæ.

O Mars desistat post hac! neq; Pallas in hastam,
nunc nimis insurgat! Forsan melioribus irent
auspicys; vel jam plures affectibus illas
beic & honorarent melioribus! O mea pubes,
o pueri, o juvenes, monitis bac suggero vestris,
qveis tanta obvénit Nymphas occasio doctas
cernere, tam pulchras tam planæ frontis amare.
Et tamen haut facitis multi, qveis dulce vagari,
hospitij mutare locum, mutare Lyceum.
O melior vobis descendat cœlitus aura!
Et veniat mens, sacra D E O parere vocanti,
& patrum monitis præceptorumq; piorum!
Non nobis seritur metiturve. ea, credite, vestra est
& satio & messis. nostra est curatio; vester
fructus. Forsan crit post bac occasio calva:

D

nec

nec Nymphas fortassis erit comprehendere nostras
amplius hora. DE I quid si quoq; dextera nobis
eripiat, quod vicinis submovit ab oris?

Interea nostrum est non heic cessare; sed isto
fungier officio, nostramq; monere juventans.
O quoties commendo datas ex ordine Nymphas!
O quoties philtرون propino & dulcia quoq;
propono, moneoq; sacras de amare sorores!
Me Licitatorem sisto, Paronymphon & omni
quicquid jure licet, quicquid conamine possum.
Spondeo plura. Deasq;, etiam-majoribus ortas
auspicijs, trinas numero, quas arca Noachi
quondam habuit, nostra hec avibus felicibus optat:
jungant se deinceps communi fadere nymphis!
THEULOGIE, dico, (sed & hec jam promptior adstat)
insuper EUNOMIE, virgoq; MACHAONENATA.

Has quicunque colent, illos colet una vicissim
ex tribus, aut plures, aut omnes. Omnibus est res
una domi; sparsoq; DEUS per singula famam
numina pol gratam, voluitq; his ductibus ire
omnem per terras optato e fonte salutem.

Sed tempus cum Patre Noah procedere ab arcâ
in terram, ex undis pede verso querere siccum.
Nempe ARARAT mea cymba tenet, juga montis adepta.
Prodivit Japheth, Sem, Cham: prodivit & uxor,
trinis vel jungenda olim vel juncta maritis.

Quid

Quid restat? tantum hoc: TRINUNI altare Jehovah
exstruere, & quicquid nostrâ processit ab arcâ,
dignum nempe DEO, sacrare & mittere ad aram.

SUMME Pater, Rex cœlorum, rerum unica virtus,
persolvunt Tibi, quas possunt pia pectora grates,
quod Ludi nostratis opes complexus es arcâ,
qua nunc nos tenet, & tantis in fluctibus orbis
transportat sequius spem posteritatis in ævum:
Ipsius hac & luce olim fundamina prima
ponere jussisti: quâ Patrem, nempe Noachum,
jussisti è cæcis arcæ procedere claustris.
Immò hac luce etiam, post annua tempora bina,
prima sub ingressum fieri Gymnasmata Ludi
jussisti, atq; arcam, quæ spes foret altera mundi,
quâ conclusa etiam regni spes altera CHRISTI,
rite instauratam voluisti. atq; inde tot annos,
inter tot fluctus tempestatesq; malorum,
servâsti: verosq; patres perspè Noachos
donasti, natosq; ampio de semine Japheth
& Sem misisti faustis successibus inde:
imò repressisti scelerata piacula Chami.
Quid dicam? reliquis propè deficientibus, ipsum
hunc Ludum in medijs attollis fluctibus, & jam
efflorere facis, majusq; attingere culmen.

Ergo Tibi, ter sancte Pater, libamus honorem,
nempe precum, laudesq; tuas celebramus in ævum.

Ast porrò, Pater alme, tuæ nos sistimus are

farre pio, & plenis Te iterum veneramur acerris.

Quæsumus adde tuis benefactis cætera: Teg
da nobis: fac nostra siet Schola nominis arca,
usq; tui, dum Terra manet, dum Pontus & Æther!
Ecce novi qvām se fluctus in gurgite tollunt!
qvāmq; hodiè abripiunt, nullo discrimine, gentes!
& cymbam mersare feris assaultibus instant!

Nē pereat, qvæso, qvæ jam miseranda dat undis
cymbalatus, qvæq; imajacet sub fluctibus arca.
Siste furens pelagus, tumidi maris & qvora flecte:
atq; silere jube, qvicq; id se attollit in arca
perniciem usq; tuae. En! fluctu insuperabilis Argo
mergitur. & nostram pertant flumina navem!
AT, fer opem cymbæq; tuae miseroq; popello!

Uisq; D E U S, qvo sœva tui das tela furoris?
In cæcas poteris gentes effundere bilem,
sceptraq; non humili Te devenerantia culcu.
Respice. Sed populi non criminare respice: noscer
Tu D E U S, & per Te nostra stant fulcræ salutis.
Cur scelerata cohors C H R I S T O de Rege triumphet?
Ille ubi nunc D E U S est? Non, non. Tu maxime C H R I S T E
evigila, nostramq; juva super aqvore cymbam.
Fac se componant fluctus: & fluctibus acti
exaudi gemitus Populi, qvem sœva tyrannis
Paparum Oceano cupit immersare profundo.
O Pater! ô nostra, Pater optime maxime, parce

navicu-

navicula! ferat transstra regens attingere portum,
fac tandem, verbumq; tuum resonare per orbem!
Fac sacramentis constet suus ordo, nec unquam
desint, qvi verbum, qvi sacramenta propagent!

Hei mibi qvām nuper lūimus peccata miselli!
qvando Ministerij, pars non certè infima sacri
occidit, & viduata viro pro parte Cathédra est
eximio! Vixisset enim BREITBARTHIUS ille,
fructificare tuo poterat bona plurima regno.
Sed visum tibi, Sancte, aliter. non nos, puto, digni,
nec meriti, benefacta tui sentire favoris.
Ast deinceps, Pater, infelix nil tangat ovile;
nil ovibus durum faxis, oviumq; magistris.
Nec Schola qvæ nuper cœpit subolescere, cursum
sistat; in eximum potius succrescere laudem,
pergat, nempe tuam. Sic, sic Tibi victima cedet
nec bos, nec porcus, nostrā qvi vénit ab arcā;
sed qvicquid pulchrum veniet de semine Japheth,
qvicquid & à clarā nascerur origine Semi.
Hoc omne, & qvicquid regnum stabilire Jebova
natum est, omne quidem certum est sacrare JEHOVÆ.

Et Tibi, qvod superest, DEUS optime maxime, grates
unā ago: qvod memet, luce bac qvoq; lucis in auras
eduxti, & bis vicenos unumq; per annos,
mente-animi saluum servāsti & corpore sanum.
Cetera non refero. tamen & circumfero mecum,

Et tacite tecum, nosti Pater, effero solus.
Da DEUS, agnoscam. Fac sim tuus. adsero porro
hanc animam, hoc corpus. Totus tibi vivo: tuusque
emoriar. Fac me salvum. Tibi serviat uni
omne meum: Quodcumq; bonum est, TOTUM, ECCE,
JEHOVAE est.

D I X I.



Ne pagella vacua relinqveretur,
GEORGII FABRICI CHEMNIC. POETÆ NOBILIS,
PATRUI MEI MAGNI
HYMNUM
buc adponere libuit.
AD CAPUT IX. GENESEOS.

Grates

Grates agamus omnibus
D e o parenti seculis:
Qui liberavit tristibus
Suam malis Ecclesiam.

Qui signa cœlo collocat
Æterni amoris pignora,
Firmatq; signorum fidem,
Per cuncta verus tempora.

Jam dira belli vulnera,
Et sæva pestis funera,
Fœdæq; pallorem famis
Ab hac fugavit Arcula.

In quam parentum ex ædibus
Nos legit annis floridis,
Verè D e u m cognoscere,
Moresq; sanctos discere.

Non lingua non mens sufficit,
Efferre laudes debitas
D e o : nec ullis possumus
Seclis referre gratias.

Defende nos in posterum.
D e u s , pater mitissime:
Nostramq; confundi sine
Non aspero spem tempore.

Sit usq; tuta hæc Arcula,
Patres, magistri, principes,
Queis pareamus, ut tuæ
Vim sentiamus gratiæ.

Qui liberavit, condidit,
Sacravit hæc corpuscula,
Sit laus honor, Patri D e o
Cum Filio & Flatu sacro!

Ratis galumis ouuipas
D e obatentis legentis:
O di jipetis ait tuis ipsa
Sunt mstie Begeleitum
Qui gies ceclo collocat
Aegili sumo libidinis
Eunatip givonum ydclis
Per curvagia aetias tecum port
Iam ditt pelli anges
Ereva beatis fuit
Ecquid paliorem fuit
Up pec fidei ait Aicis
In datus batentum ex aquipas
Noas ioyis suus gotibis
Aetis D x u m cognogetis
Motard fudis qlicis
Non Jndus non mors tuncis
Effigie iudicis dcpit
D e o: n ec ollis potuitur
Sectis letitie datis
Desuue nos in Dofetum
D e o: dicit multum
Nostisim: coniuncti tunc
Non alpeis ibetem compoic
Sii ard: tunc pax Aicis
Pultes: hisqifib: punitibis
Q uicis bissimis ut tunc
Am: fortunatis distinx
G in jipetis eouqifib
Sectis tice corbunis
Sii sive pectori facit D e
Cum filio & Hail tscis

Et non cœlum et non terram
non habet nisi tuus regnum

Domini regnatur et semper
regnabit et semper regnabit

Regnabit et semper regnabit
semper regnabit et semper regnabit

Regnabit et semper regnabit
semper regnabit et semper regnabit

